¶ Expositio textus.

MAnifestus est ex voluntate mala ꝛc.) Hoc dicit ad excludendus quandā obiectionem ex verbis dñi exortam Mathei.7. Non potest arbor bona ꝛc. ex quo videt sequi q̃ res bona causa mali esse nō possit. ¶ Sed dicendus. q̃ arbor est causa proxima fructus: causa vo p̃ma in genere illo est vel sol vel terra: ⁊ causa prima est cōmunis ⁊ bonis ⁊ malis arboribꝰ: et bonis ⁊ malis fructibus: ideo ipsa natura voluntatis: sicut causa p̃ma est p̃ncipium bonarꝫ et malarū voluntatū: et bonorꝫ et malorum exteriorus actuū vna et eadem. sed volūtas mala que comparat arbori est causa mali actus exterioris. p̃xima q̃ comparat fructui. (Ecce habēs p̃mas voluntatē boni mutabilis ꝛc.) hoc non dicit. si angelus p̃mus: ⁊ homo nō peccasset quin alij sequentes peccare potuissent: sed quia ex illis p̃mis peccatis sequētia cōcomitata sunt. (vbi autem bonum non est ꝛc.) hoc non est intelligēdus de bono q̃ per malū priuat: quia sic ratio sua non valeret: hoc enim bonū ante aduentum mali est: sed post aduentum mali non remanet: sed intelligit de bono quod est subiectum mali q̃ quidem corrūpitur inquantū debita perfectione priuat. q̃ si esse desisteret priuari non posset: et ita nec corrūpi. (Naturalius sunt p̃uationes bonorꝫ ꝛc.) hoc intelligendum est de bono naturali vel ad quod natura est ordinata: sic gratia vel virtus vel de ipsis habilitatibus ad b̄ bona. si enim intelligeretur de bonis naturalibus que sunt de esse naturē vel naturā consequētes: sic falsum esset: quia talia bona post peccatum integra manēt. vt Dio. dicit 4°ca° de diuino. (Illa dialeticorꝫ regula deficit ꝛc.) quomodo deficiat et quomodo non dictum est: sed p̃m intellectum quo p̃ponitur vt regula nunq̃ deficit: quāuis aliquo modo d̄ficiat in bono et malo: quod non deficit in alys contrarys que spirituales formas designant. vt dictum est. (De ipsis rebus quibus homines ꝛc.) i. de peccatis: que etiam inquātum res sunt bonitatem quandam habent: sed inquantum deficiunt mala sunt.

¶ Quid sit peccatum. ¶ Dist. XXXV.

POst hoc videndum est quid sit peccatum. Peccatum est. vt ait Augu. Omne dictū vel factum vel cōcupitus quod fit ꝓtra legem dei. Idē in libro de duabus animabus. Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi: q̃ iustitia vetat: in vtraq̃ assignatiōe de actuali peccato agit: ⁊ mortali: non veniali. Ex p̃ia descriptione ostenditur peccatum esse volūtas mala siue locutio ⁊ operatio prauā. i. actꝰ malus tā interior q̃ exterior. Ex altera vo ostēdit esse actus interior. Voluntas enim vt in superioribus dictum est motus animi est. actus ergo interior est. Ambro. quoq̃ in primo li. de paradiso ait. Quid est peccatū nisi preuaricatio legis diuine ⁊ celestium inobedientia p̃ceptorū: ergo in preuaricante peccatū est: sed in mādāte culpa non est. Non enim ꝓsisteret pctm̄ p̃uaricationis si interdictio non fuisset. Non ꝓsistente autē pctō non solum malitia: sed etiā virtus fortasse non eēt. Que nisi aliqua malitie fuissent semina: vel subsistere vel eminere non posset. Ecce p̃uaricationem legis ⁊ inobediēriam diffinit Ambrosius esse peccatum.

¶ Diuersorꝫ sentētias de peccato ponit.

DIuersitas huius vboꝫ occasione de pctō plurimi diuersa senserunt. Alij enim dixerūt voluntatē mala tantū esse pctm̄: ⁊ non actus exteriores. Alij volūtatē ⁊ actus. Alij neutrum: dicētes oēs actus eē bonos: ⁊ a deo: ⁊ ex deo auctore esse. Malum aūt nihil esse: vt ait Aug. super Joānem. Omnia p ipsum facta sunt ⁊ sine ipo factum est nihil. i. pctm̄: quod nihil est: ⁊ nihil fiūt homines cum peccāt. Supra etiam dixit Aug. q̃ malum est priuatio boni vel corruptio boni: quod etiā i lib. lxxxiiij. questionū ait. Summum malū nullū modū habet. caret enim omni bono. At modus aliquid boni est: nō igit est: qr nulla specie ꝓtinet: totūq̃ hoc nomē mali de spēi priuatione reptū est. Itē in dogmatibus ecclesiasticis dicit: malū vel malitiā non eē a deo creatam: sed a dyabolo inuētā: qui ⁊ ipse bonus creatus est. Idē etiam in lib. ꝓtra manicheos: qd sit peccare ostendit dicēs. Peccare quid aliud est: nisi in veritatis p̃ceptis: vel i ipa veritate errare? Qr si non volūtate faciūt peccatores iniuste iudicant. Quid igit in hac tāta varietate tenēdus? Quid dicēdum?

¶ Vera snia de peccato hic p̃ponitur.

SAne dici pōt: ⁊ libere tradi dr peccatū esse actum malū interiorē ⁊ exteriorē. s. malam cogitationē: locutionē: ⁊ opationem. Precipue tamē in volūtate cōsistit pctm̄: ex qua tanq̃ ex arbore mala p̃cedūt opera mala tanq̃ fructus mali. Quidā aūt diligēter vba aug. attēdētes: quibus supra ⁊ i alijs scripture locis vtitur: nō indocte tradūt volūtatem malam in actus malos inquātū sunt: vl inquantū actus sunt bona eē: inq̃tū vo mala sunt pctā eē: qui volūtatē ⁊ actus quēcūq̃ bonā dei nās eē dicūt: inq̃tū actꝰ est vl volūtas: ⁊ ex deo auctore esse. Inquātū vo inordinate ⁊ ꝓtra legem dei fit ⁊ sine debito caret pctm̄ ē: ⁊ ita inquantū pctm̄ est nihil ē. nulla enim substantia ē: nullaq̃ natura est.

¶ Auctoritatibus probant voluntates ⁊ actus omnes esse bona inquantum sunt.

QUod aūt volūtas oīs ⁊ actio bonum sit inq̃tū est: ex eo p̃bāt. q̃ ait augu. in lib. de. lxxxiiij. q̃stionib⁹. Deus tātūmodo boni cā est. Quocirca mali auctor non est: omniū que sunt auctor est: que

incqtũ sunt intãtũ bona sunt. Idẽ,pbãs nihil casu fieri in mũdo ait in eodẽ. Quicqd casu fit temere fit.qcqd temere fit:nõ fit dei,puidẽtia. Si ergo casu fiũt aliqua in mũdo:nõ,puidẽtia vniuersus mũdus admistrat. Si non,puidẽtia vniuersus mũdus admistrat:aliqua natura vl sub stantia est:que ad opus,puidẽtie dei nõ pinet. Omne aũt qd est:inquãtũ ẽ:bonũ est. Sũmus enim bonũ est illud bonum:cuius pticipatione sunt cetera bona: ⁊ omne qd mutabile ẽ:non p se:sed boni illius pticipatione inquãtũ ẽ bonus est:qd diuinã etiã,puidentiam vocamus. Nihil igit casu fit in mũdo. His testimonijs initũtur ad ostendẽdũ omne qd ẽ:incqtũ est bonus esse. Vñ augu.in lib.primo.de doctrina xpiana ait. Ille summe ac primit ẽ qui oio incõmutabilis est: ⁊ cetera que sunt nisi ab illo esse non pñt: ⁊ intrñ bona sunt incqtus bona acceperũt vt sint. Ex pdictis colligit atqz inferr:qz si mala voluntas ⁊ mala actio:incqtũ ẽ bona ẽ:hz qs ẽ q diffitetur malã volũtatẽ esse: ⁊ malã actionẽ? Mala igit volũtas siue actio incqtũ ẽ:bonũ est: ⁊ incqtum volũtas ẽ:vel bonũ sit ẽ:sed ex vicio mala ẽ:qd viciũ a deo nõ ẽ:neqz aliqd ẽ. Qd aug.notasse videt in lib.de lxxxiij.qõnib dicẽs:viciũ est volũtatis quo ẽ homo deterior qd vicium longe abest a volũtate dei:vt rõ docet. Ex hoc loco,pbãt volũtatẽ incqtũ viciosa ẽ:nõ eẽ a deo ⁊ inquãtũ viciosa ẽ petrñ esse. Et petrñ ẽ vt aiũt inquãtũ non hz ordinem nec finem debitum.ita ⁊ actio inquantum ex malo procedit: ⁊ ordinẽ non habet: ⁊ ĩ malum tendit.

¶ Alia,pbatio q oĩs act inquãtũ ẽ bonus ẽ.

Item ⁊ alr,pbãt oẽm actũ iteriorem vel exteriorẽ inquantũ ẽ esse bonũ:qa nõ esset actus malus:nisi esset res bona:qz nõ ẽ aliqua res mala:nisi eadem res bona sit. Vñ Aug.i enche. Omis natura bonum ẽ:nec res aliq̃ mala eẽt:si res ipsa q̃ mala ẽ nã nõ eẽt. Nõ igr põt eẽ malũ:nisi eẽt aliqd bonum. Qd cũ dici videat absurde:cõnexio trñ rõcinationis nos ꝓpellit hoc dicere. Ex predictis testimonijs asserũt oẽs act inqtũ sũt:eẽ res bonas:nec aliqd eẽ malũ.i.petrñ:nisi idẽ quoqz hz aliqd bonũ sit: ⁊ oiuz que sunt inquãtum sunt: deũ auctorẽ pdicãt: ⁊ ei volũtate oia esse quecunqz sunt:que inquantũ sunt nature sunt.

¶ Obiectio contra illos qui dicunt omnes act inquantum sunt esse bonos.

Qui opponit si oia que sunt:iquãtũ: sunt:bona sunt ⁊ nature sunt:q̃ adulterium ⁊ homicidiuz ⁊ silia incqtum sunt:bona sunt: ⁊ nature sũt: ⁊ deo volẽte fiũt. Qd si est:tũc illi qui faciũt illa:bona agũt. Qd penit absurdũ est. His ꝓo sic illi rñdent:dicũt equidẽ adulteriũ homicidiuz ⁊ huiusmodi non simplr actus denotare:sed actũ vicia. Actusqz ipsos adulterij ⁊ homicidij inquantuz sunt:vel inquãtũ actus sunt:a deo esse ⁊ bonas naturas esse:sed non inquãtuz adulteriũ ⁊ homicidium sunt. Et iõ non seq dicũt:si actus qui homicidia ⁊ adulteria sunt a deo sunt: q homicidia ⁊ adulteria a deo sint. Itẽ aliter eis opponit. Si aliqd non ẽ malũ qd non sit natura vl res bona: quõ igit peccata sunt:nõ credere in deũ:non ire ad ecclesiam: ⁊ huiusmodi cum ista nõ sint nature:imo omnino nõ sint? Non est.n.aliqd vel res aliqua:nõ ire ad ecclesiam:vel non credere ⁊ huiusmodi. Ad qd dicũt his atqz huiusmodi dictionibus que videtur priuationes simpliciter notare ⁊ nihil ponere:qz per negationez dicuntur:vere aliqua poni:actusqz per eas significari. Non credere enim in christum incredulitatez dicũt: ⁊ noĩe incredulitatis malũ mẽtis actũ significari. Ita ẽt cũ dr. Non ire ad ecclesiã malum est:nõ eũtis cõtẽptus significatur.i.voluntas mala vel ꝓpositũ:hoc est enim declinare a bono: ⁊ ideo malũ est:sicut ecõuerso declinare a malo bonũ est. Sicut igitur declinatio a malo qñqz aliqd ponit.s.volũtatẽ ⁊ ꝓposituz vitandi malũ. Non enim põt esse bonũ qd oio nihil est: ita declinatio a bono aliqd quod est significat.s. voluntatẽ ⁊ ꝓpositum mali: ⁊ ꝓm hoc vera est ⁊ generalis illa peccati mortalis descriptio quã supra posuit Aug.

¶ Utrum malus actus inquantum peccatũ est sit priuatio vel corruptio boni.

Potest etiã queri ab eisdẽ cum peccatum sit:vt supra dictũ est:priuatio vl corruptio boni: ⁊ oĩs actus malus sit peccatũ:vtrum sit priuatio vel corruptio boni incqtũ peccatuz est:vel non. Si enim inquãtũ peccatũ est corruptio boni est:cuz corruptio vel priuatio boni pena sit boi:incqtũ igit peccatũ ẽ:pena est. Qz si ẽ:tũc incqtũ peccatuz ẽ bonũ esse videtur: ⁊ a deo esse. Si autẽ nõ incqtum peccatuz ẽ corruptio boni ẽ:querit ꝓm qd corruptio sit. Si enim corruptio ẽ: ⁊ nõ inquãtum peccatum ẽ:cum nõ sit nisi bonũ ꝓterqz in eo quod peccatũ ẽ.ergo inquãtũ bonuz ẽ corruptio vel priuatio boni ẽ. Ad qd etiam ipsi dicũt actum malum nõ incqtũ ẽ:nec inquãtũ bonum ẽ:esse priuationẽ vl corruptionẽ boni:sed incqtum petrñ ẽ:nõ tamẽ inquãtuz peccatuz ẽ pena

est: vel aliquid qd ex deo sit. Ut enim ex verbis Aug. pmissis colligit peccatum dicit corruptio vel priuatio actiue nō passiue. Nam ideo malū vel peccatum dicit corruptio boni: quia naturā bonam qualicūq priuat bono. Nam si nō priuat aliquo bono non nocet. vt supra Aug. ait. Nocet autem. adimit igitur bonum. Nō autem nocet nisi inquantū pctm est. ergo inquātū peccatum est priuat bono. Itaq inquātū peccatum est priuatio est: vel corruptio boni.

¶ Quomodo inquantum peccatū est possit corrumpere bonum cum nihil sit.

Sed cum nihil sit inquantū peccatum ē: quō pōt bonum corrūpere vel adimere: Aug. de hoc docet in libro de natura boni dicēs. Abstinere a cibo nō est aliqua substantia: tamen substantia corporis si omnino abstineat a cibo: languescit ⁊ frāgitur Sic non est substantia peccatum: eo tamē natura anime corrumpitur.

¶ Or peccatum ppie corruptio aie est: ⁊ quō.

Peccatum vo. i. culpa ppie anime corruptio est. Si autem querit i quo possit corrūpi anima: in parabola illius qui icidit in latronibus: qui eum spoliauerunt ⁊ vulnerauerunt: clarescit. Incidit enim hō in latrones: qñ per peccatum in potestate diaboli trahit: ⁊ tūc per peccatum spoliat gratuitis donis. i. virtutibus: ⁊ in naturalibus bonis vulnerat: que sunt ratio: intellectus memoria ⁊ ingenium ⁊ huiusmodi: que p peccatum obtenebrant ⁊ vicianť: per peccatum etiam priuatur illo bono: cuius participatione cetera bona sunt. Quo tanto magis priuat qnto magis se ab eo elongat.

¶ Qualr hō se elonget a deo. s. per dissimilitudinem quam facit peccatum.

A Deo autē se elongat per peccatum: non loci distātia: quia vbiq totus ⁊ presens est oibus: ⁊ oia in ipso sunt: vt ait Aug. in lib. de. lxxxiiij. qōnibus ⁊ ipse locus non est. Locus tamen dei abusiue dicitur templum dei: non q eo cōtineatur: sed q ei presens sit ⁊ inhabitans. Id autem anima mūda intelligit: p peccatum igit nō fm locū aliquis longe fit a deo: ⁊ in eo longe fit q ab eius similitudie recedit: ⁊ tanto longiq qto fit dissilior. Illa aūt vt ait Aug. i li. de. lxxxiiij. qōnibq. Que participatōe similia sunt deo: recipiūt de similitudinem. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte pōt esse dissimilis. Unde fit vt cum similitudo patris filius sit: ex nulla parte patri possit esse dissimilis: cuius participatione similia sunt quecūq deo similia sunt: ⁊ illa possunt recipere dissimilitudinem. Nihil est autē qd hominem a deo dissimilem faciat: quēadmodū peccatum. Cum aūt peccatum sit corruptio vel priuatio boni que est in anima: est etiam priuatio ⁊ corruptio boni corporis: sicut corpus hois priuatum beneficio illius imortalitatis ⁊ impassibilitatis quam habuit ante peccatum.

¶ An pena sit priuatio boni.

Queri autem solet: vtrū ⁊ pena sit priuatio vel corruptio boni. Ad qd facile respōderi potest: si predicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim supra priuationem vel corruptionē boni accipi actiue vel passiue. i. fm efficientiam vel effectum Ideoq priuatio vel corruptio boni dicit ⁊ peccatum ⁊ pena. Sed peccatum fm efficiētiam: quia priuat vel corrumpit bonum. Pena autē fm effectum. i. scōm passionem que est effectus peccati. Aliud est enim pena. Aliud culpa. Alterum est dei. i. pena. Alterum diaboli vel hominis est. i. culpa.

¶ Diuisio textus.

Quia in peccato actuali duo ꝓsiderant. s. defect ex quo rōnem mali hz: ⁊ subā act fm quā actuale peccatū dr: determinato de peccato actuali fm q hz rōnē mali. Dic icipit determinare de eo qtū ad subam act in qua defect fundat: fm quē malum dr. ⁊ diuidit in ptes duas. In pma determinat de peccato qtū ad actū. In scōa de potētia que est ad actum peccati. 44. dist. (Post pdicta cōsideratione dignū ⁊c.) Prima diuidit in duas. In pma determinat de peccato in generali. In secūda descēdit ad peccatorū drias. 43. di. (Cum aūt volūtatē malā ⁊c.) Prima diuidit in duas. In prima determinat de actu peccati generali: sed qr act peccati vel est interior volūtatis vel est exterior. Ideo in scōa pte descendit ad vtrosq actus. 38. di. (Post pdicta de volūtate eiusq fine ⁊c.) Prima diuidit in duas. In pma psequitur opinionē quorūdā dicentiū actus peccatorū a deo esse. In scōa ponit opinionē Priā. 37. di. (Sūt aūt aly plūmi alr lōge ⁊c.) Prima diuidit in duas. In pma psequit opionem eorū qui dicūt oēs actus ex deo esse. In secūda ex incidēti qr ꝗ disputatio mota exigebat iterponit de opatōe peccati ad penā: vtrū peccatū pena esse possit. 30. di. (Sciēdum est tñ quedam sic esse peccata ⁊c.) Prima diuidit in tres. In pma ponit diffinitionē peccati. In secunda inducit diuersas opiniones ex datis descriptionibus occasionatas. ibi. (Quocirca diuersitatis huiusmōi vborū occasiōe ⁊c.) In tertia psequit illas opinionē: q oēs act a deo sunt. ibi. (Quidā diligēter attēdētes ⁊c.) Circa zm duo facit. Prio narrat diuersas opiones. Secūdo breuiter dixit qd de eis tenēdum sit. ibi. (Sane dici pōt ⁊c.) Tertia pars diuidit in partes tres. In pma ponit opinio. In scōa ponit opinionis ꝓfirmatio p rōnes. ibi. (Or aūt ois volūtas ⁊ actio ⁊c.) In tertia ponit rūsio ad ea que in cōtrariū obici possunt. ibi. (Quibus opponit si oia que sunt ⁊c.) Circa scōs duas rōnes ponit. Prima accipit ex rōne entis. Scōa ex bitudi-

ne mali ad bonum in quo necessario insubo maluz ꝓsistit ibi. (Itē ⁊ alr pbant ⁊c.) Prima ratio talis est. omne ens inq̃tū ens bonuz est: ⁊ a deo est: sed oīs actio est ens. g̃ ⁊c. Primo pbat maiorē. Scōo pponit minorē: ⁊ inducit ꝓclusionē. ibi. (Ex p̄dictis colligit atq; inferr ⁊c.) (Quib⁹ opponitur si oia ⁊c.) Hic excludit obiectiones que ꝓtra hāc opinionē pūt esse. Et diuidit in tres fm tres obiectiones. Prima sumit ex his actib⁹ q̃ mor noīati in malū sonāt vt homicidiū ⁊c. Scōa ex omissionib⁹ que actū hre nō videntur. ibi. (Item alr eis opponit ⁊c.) Tertia ex cōparatione pene ad culpā. ibi. (Etiā queri pōt ⁊c.) Et diuidit in ptes duas. In pma ponit obiectionē et soluit eaz ostēdēs q̃ aliter est corruptio boni culpa q̃ pena. In scōa mouet q̃sdaz qōnes ex solutione occasionatas. ibi. (Sed cū nihil sit ⁊c.) Et circa hoc duo facit. Primo ingrit quō culpa possit esse corruptio actiue. Secūdo quō pena sit corruptio passiue. ibi. (Queri aūt solet ⁊c.) Circa pmū facit tria. Primo ostēdit bonum per quod malū culpe actiue corruptio dicitur. Secūdo ostēdit cuius boni sit corruptio. ibi. (Peccatū vo .i. culpa ⁊c.) Tertio expōit quoddā qō dixerat. s. qualr aliquis a deo elongetr. ibi. (Ab eo se elongāt per peccatū ⁊c.)

¶ Questio. I.

Hic querūtur. v. Primo de diuisiōe mali in culpaz ⁊ penam. Scōo de diffinitione culpe. Tertio: si oīs culpa in actu ꝓsistit. Quarto: si in actu interiori tantum vel in exteriori. Quinto: si culpa est corruptio potentiarum anime.

¶ Utrum malum diuidatur sufficienter per malum culpe ⁊ pene. I.

Ad primuz sic pcedit. Uidetur q̃ nō sufficienter malū p culpā ⁊ penā diuidat. Malū nihil aliud est q̃z defect⁹ boni. sed omne qō inuenit alio min⁹ bonū non est sine defectu alicuius boni. ergo omne quod est minus bonum est etiam maluz: sed omnia creata sunt minus bona. cū ergo multe creature sint in quibus nō est pena: neq; culpa: videtur q̃ maluz non sufficiēter per penam ⁊ culpā diuidat. ¶ P. in illis que non habēt dominium sui actus malum culpe esse non pōt. In quibus autez culpa non est nec pena est: qz pena culpe debet. cū g̃ multa sint que volūtatem non habent: ⁊ ita nec dominiuz sui actus: in quibus tamē est aliquod malum: vt in rebus insensibilibus patet: videt q̃ malum non sufficiēter per penam et culpam diuidatur. ¶ P. Aug. dicit q̃ malum ideo dicit quia nocet: sz omne quod nocet pena est. ergo omne maluz aliqua pena est. ergo non cōuenienter aliquod malum contra penam diuiditur. ¶ Si dicatur q̃ pena nocet passiue: sed culpa nocet actiue. ¶ Contra. Passio est effectus illatioq; actionis. si ergo pena est nocumentum passiuum: et culpa nocumentum actiuum: omnis pena erit illatio quedam culpe: et ita omnis qui penam infert culpā perpetrabit: quod hereticuz est: quia sic ordo iusticie deperiret. ¶ P. aliqua pena est que tantū in negatione cōsistit: vt carentia visionis diuine: sed passio non est tantum negatio: imo est aliqō ens positiue dictuz: cum sit vnuz de decez generibus. ergo non omnis pena est nocumētum passiue dictū. ¶ P. quedam culpe sunt in quibus nullus actus ꝓsistit: vt patet: pre cipue in culpa origiali: sed nihil nocet actiue: nisi per actionem aliquaz. ergo non omnis culpa est nocumētū actiuū.

Sed cōtra. est quod Aug. dicit omne maluz nostrū est vel quod agimus vel quod patimur sed malum qō agimus culpa est: malū qō patimur pena est.

Respondeo (g̃ malū per culpaz et penā diuidit. dicēdū. q̃ sicut supra dictum est malum per se loquēdo p̄uatio quedam est alicuius boni: bonum aūt in perfectione ⁊ actu cōsistit. vnde oz fm distinctionez pfectionū distinctionē maloz esse. Est aūt duplex actus vel perfectio. s. actus p̄mus et secūdus: actus p̄mus est ipsa p̄ma forma. actus secūdus est opatio: ⁊ ideo ex priuatione vtriusq; perfectionis diuerse mali differētie ꝓsurgunt. Si enim p̄uet aliqua forma vel pfectio alicuius rei naturalis dicet esse maluz nature: si aūt p̄uet pfectio operationis dicet esse peccatū: qz vt in secūdo physicoz dicit peccatū est in his que nata sunt finē cōsequi: cum nō cōsequunt: quelibet aūt res per suam opationē finē suuz nata est cōsequi. vnde opz q̃ peccatū in operatione cōsistat fm q̃ nō est directa vt finis exigit: fm q̃ grāmaticus nō recte scribit: nec parat recte medicus potionē: sed vt in 5⁰ metaphy. dicit. bonum ⁊ maluz quodā speciali modo est in his que per electionē agūt: que rationem finis cognoscūt: ⁊ finem sibi determinare possunt: ⁊ ideo peccatum in talibus quandā specialem mali rationē accipit. vt. s. peccatum in eis etiā culpa dicat: vnde peccatuz in pluribus q̃ culpa ē: quia vt ex 2⁰ phy. habet peccatū est ⁊ in his que fm naturam sunt: ⁊ in his que sunt fm artē: sed culpa non pōt esse in his nisi que per voluntatē sunt: nihil enim culpe rationem obtinet: nisi quod vituperabile est: neq; vituperium alicui debetur propter inordinatum actum: nisi ille actus suo dominio subiaceat: habere autem dominiuz sup suos actus: vt. s. possit facere ⁊ non facere volūtatis propriū est. vnde culpa super peccatum addit vt sit voluntatis actus. similiter etiam malum nature in electionem habentibus specialem quādam rationez mali accipit. s. rationez pene: inquantum volūtas defectui dissentit. vnde omnis pena malum nature est: dicitur enim pena maluz. vt Aug. dicit quia nature bone nocet inquantum subtrahit sibi id per quod natura perficitur vel in suo esse naturali: vt cecitas: vel in nature superadditis: vt subtractio gratie: vel huiusmodi. Quidam tamē dicūt q̃ etiam in brutis defectus naturalis rationem pene sortitur: sed melius videt vt pena non sit nisi vbi culpa esse potest: ⁊ ita patet q̃ malū rationalis creature sufficienter ⁊ conueniēter per penam ⁊ culpam diuiditur.

Ad primum ergo dicēdū. q̃ nomen defectus potest sumi vel negatiue vel priuatiue. si sumatur negatiue: sic non omne quod habet defectum alicuius boni cōtinuo malū est: quia maluz p̄uatio est. vnde nō est nisi defectus cius qō quis natus est: ⁊ debet habere. Si aūt p̄uatiue: sic patet q̃ nō omne qō caret aliquo bono defectum habet: non enim est defectus in lapide q̃ nō videt. vnde patet q̃ ratio pcedit ex equiuocatione huius nominis defectus. ¶ Ad scōm dicēdum. q̃ culpa ⁊ pena nō sunt differētie mali absolute sumpti: sed mali fm q̃ est in habētibus electionē: vt dictum est. ¶ Ad tertiuz dicenduz: q̃ nocere dicit dupliciter. s. effectiue: ⁊ formaliter: formaliter autē nocere dicitur ipsum nocumētū siue ipsa ademptio boni vel p̄uatio: sicut albedo facit album: et sic omne qō nocet pena est in his que nata sunt penā subire. si aūt sumat effectiue: sic dicit nocere id qō causat p̄uationem alicui⁹ pfectiōis in re: ⁊ hoc modo culpa nocet: qz per actū deordinatū auferr aliqua pfectio. s. grā: ⁊ tū ipsa p̄uatio gratie pena est: ⁊ hoc est qō magister dic q̃ culpa ē corruptio boni actiue: qz. s. malū culpe cōsistit in defectu act⁹ fm q̃ deficit a debito fine: ⁊ debitis circūstātys: ⁊ iste act⁹ deficiēs agit vel efficit in aīa p̄uationez grē: et ipsa p̄uatio grē passiue accepta pena est. ¶ Ad 4^m dōm. q̃ oīs pena q̃daz corruptio est ab aliquo agēte inducta: ⁊ q̃tuis culpa sit qd actiuū corruptionis: non tū oē actiuum corruptionis culpa est, ⁊ ideo non oportet q̃ omnis qui penā infert cul-

pam incurrat. ¶ Ad qntum dicendũ: ꝙ passio potest sumi dupl'r vel q̃ztum ad nãm rei ꝓut logicus ⁊ nãlis passionez considerat: ⁊ hoc modo nõ opz oẽm penã passionem esse: sz quandam. scz penã sensus: vel q̃ztum ad modum significãdi prout grãmaticus considerat: ⁊ sic illud passiue dicit: qõ a vbo passiuo deriuat. vnde ꝓuatio qua aliquis priuat aliquo dicit priuatio passiua: ⁊ priuatio qua aliquis priuat dicitur priuatio actiua: ⁊ hoc modo sumendo passionem oĩs pena est corruptio vel priuatio passiua. ¶ Ad sextuz dõm: ꝙ nõ dicit culpa corruptio actiua: qz in actu cõsistat: sz magis: qz corruptionẽ agit: ⁊ ideo obiectio non procedit. cõtingit enim per id quod nõ est actus effici vel induci priuationem passiue dictam. vtrum tamen in omni culpa operatio requiratur postea dicetur.

¶ Utrũ diffõnes pcti ꝑ posite sint conueniẽter. II.

B secundum sic ꝓceditur. Uidet ꝙ peccatũ iconueniẽter in proposito diffiniatur. Illud enim quod diffinit oportet aliqd esse: qz questio an est precedit questionẽ quid est: ⁊ iterũ omne qõ diffinitur essentiã habet: cuz diffinitio essentiaz rei significet: sz fm Augustinũ peccatũ nihil est: ⁊ nihil fiunt boĩes cuz peccant. q̃ diffiniri nõ põt. ¶ ꝓ. diffinitio dz cõuerti cũ diffinito: sz diffõnes hic date de peccato nõ cõueniunt oĩ peccato vt in littera dicit. q̃ inconuenienter assignate sunt. ¶ ꝓ. in diffinitiõe superiozis non debet poni iferius: sed cõcupituz vel dictuz vel factuz est iferius q̃z peccatum: qz omne fcm cõtra legem dei est peccatuz: sed nõ conuertitur. ergo incõuenienter assignatur descriptio ex posteriozibus fm nãm. ¶ ꝓ. spãli vtuti speciale peccatuz opponitur: sed iusticia ẽ quedam vtus specialis. ergo peccatum non debet diffiniri vniuersal'r sumptuz per oppositionẽ ad iusticiã. ¶ ꝓ. obedientia est q̃dam spãlis vtus: sz obedientie opponit inobetia. ergo ⁊ inobediẽtia erit speciale pctũ. cum ergo species in diffõne generis poni nõ debeat: videt ꝙ iconuenienter pctũ vniuersal'r sumptũ per iobedientiã diffiniatur.

Respondeo ꝙ sicut dictuz est: peccatũ dicit malũ ꝙ in operatiõe consistit. vñ ad rõnem peccati duo concurrũt. s. actus ⁊ ipse defectus ex quo ratio mali incidit: defectus autẽ ille qui causat rõnẽ mali in peccato: vt dictuz est: est defectus rectitudinis in actu: per quã dirigebatur in finẽ: finis autẽ rõnalis nature vltimus quẽ precipue theologus cõsiderat est ipsa beatitudo eterna ad quẽ finẽ lex dĩna nos dirigit sicut istr̃m: ⁊ iusticia sicut illũ ĩclinãs. ⁊ ideo pctũ tripl'r hic describitur. In ꝓma enĩz descriptiõe tangit suba actus in ordine ad instr̃a: qbus actus exercet cũ dr̃: dictũ vel factũ vel cõcupitum: ⁊ tangit ꝓuatio illius dirigentis qõ instruẽdo dirigit. s. legis: cũ dr̃ qõ fit cõtra dñi legem. In scda aũt descriptiõe tangit suba actus ex parte obiecti in hoc qõ dicit voluntas retinẽdi vel consequẽdi: ⁊ ꝓuatio illius dirigentis qõ in finẽ ĩclinat per modũ habitus in hoc qõ dicit qõ iusticia vetat. In tertia autẽ descriptiõe tangit illud qõ ẽ formale in pctõ ex quo rõnez mali hz. s. ꝓuatio dirigẽtis in finẽ: in hoc qõ dr̃ preuaricatio legis diuine: ⁊ deordinatio ab ipso fine in hoc qõ dicitur celestium inobedientia ⁊c.

